

THESES PHILOSOPHICÆ,

QUAS,

INDULGENTE AMPLISS. FACULT. PHILOSOPH.
IN REGIA ACADEMIA ABOËNSI

Sub PRÆSIDIO

VIRI MAXIME REVERENDI atque CELEBERRIMI

DN. CAROLI
MESTERTON,

S. S. Th. DOCT. Scient. Log. & Methaphys. PROFESS.
REG. & ORD.

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIT

GUSTAVUS ORRÆUS. And. Fil.

WIBURGENSIS,

DIE XXVIII. JUNII Anni MDCLIX.

Loco Horisque Ante Meridiem Solitis.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

*VIRO Admodum Reverendo atque Praclarissimo,
D:no MICHAELI HEINTZIO,
Ecclesiarum ad Syssmä & Hardola Savolaxiae Præposito & Pa-
stori meritissimo, gravissimo.*

*VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,
D:no PETRO HEINTZIO,
Pastori in Savitaipal & Suominiemi meritissimo.*

*VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,
Dn. MAGNO ORRAEO,
Ecclesiarum quæ DEO in Taipalsari & Clemis Colliguntur
Pastori dignissimo.*

*Viro Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,
Dn. JOHANNI FABRITIO,
Pastori Ecclesiæ quæ DEO in Tohmajersvi Careliae Colli-
gitur, adecuratissimo.*


*VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,
Dn ANDREÆ HERKEPÆO,
Pastori in Kerimäki vigilantissimo.*

Benevolentiam, vestraque beneficia, Avunculi, Patrum, optimi, atque Cognati svavissimi, quæ nullo non tempore mihi largiter exhibu-
stis, dum in piam memoriam revoco, & serio perpendo; fateri
non dubito, tot tantaque eorum esse documenta, ut longe superent vires,
& meritum meum, utque adeo iis recentendis, neduan dignæ prædicandis
minime omnium par sim. Excipiatis tamen benigno ut soleris vultu pagel-
las has qualescumque, instar pignoris gratissimæ mentis, hasce primitias in-
comtas, fruticemque vestræ benignitatis. Ceteruni quidquid ego non pos-
sum, larga suppleat benedictio divina, jubeatque Summum Numen, ut
salvi usque ad seram immo Nestorem senectam vivatis, vigeatis, flore-
atis! sic ex imis vovet medullis

NOMINUM VESTRORUM

cultor humillimus

GUSTAVUS A. ORRAEUS.



THESIS. I.

Commune præjudicium, philosophiam superiorum facultatum ancillam esse, plerorumque animam ita obsedit, ut philosophiæ vel nullum esse usum affirment, vel certe non alium, nisi quod terminos quosdam & principia nonnulla facultatibus superioribus præbeat, quibus commode in rem suam utantur.

THES. II.

Quamvis præposterus hypothesum philosophicarum usus merito damnetur, non tamen ideo earum tollendus est usus.

THES. III.

Disciplinarum philosophicarum sobria cognitio futuro Theologo, tum ratione præparationis, tum ratione perceptionis, & defensionis veritatum Theologicarum non modo utilis verum etiam hypothetice necessaria est.

THES. IV.

CUM dubio careat, perfectionem & veritatem cognitionis nostræ consistere in idearum nostrarum cum rebus cognoscendis convenientia: non fas est suspicari philosophiam esse commentum cerebri humani, extra intellectum nihil babens, quod sibi in ipsis rebus respondeat.

THES. V.

Argumenta unitatem DEI plane evincentia non alibi quærenda esse existimamus, quam in ipsa illa nobis congenita DEI idea, quæ ut virtualiter complectitur quidquid ex lumine rationis de DEO cognosci possit, ita & procul dubio communis fons est omnium demonstrationum, quibus essentiæ Divinæ unitas demonstratur.

THES. VI.

Presentium notitia in hominibus ob finitam eorumdem essentiam sat angustis coarctata est limitibus, multa enim intellectum humanum superant, multa etiam sunt, quæ ex parte tantum cognoscimus.

THES. VII.

EX natura rei cognoscitur ejus finis & vicissim, pro naturæ autem cognitione oritur ejus estimatio, & pro aestimatione amor.

THES. VIII.

Anonimi cuiusdam definitionem libertatis seu voluntatis humanæ, per fortiorum conceptus inclinatio-

nationem, & qui exinde oriuntur muscularum membrorumque motus, perquam monstruosam esse nulli dubitamus afferere.

THES. IX.

Possibilium qua talium consequentias nemini imputandas esse existimamus.

THES. X.

Nihil infirmius esse autumamus, quam fundamen-
tum hujus a nonnullis olim, & adhuc forsitan
defensæ opinionis: *animam scire posse per se futura
contingentia.*

THES. XI.

Lapsu generis humani sacrâ in literis luculenter
satis exponi, neminem Christianorum esse qui
merito dubitet, arbitramur; sed an idem lapsus etiam
e lumine naturæ nobis pateat, res altioris videtur
indaginis.

THES. XII.

Differentia idearum formalis, & materialis, unita-
tem vis animæ non tollit, sed gradum & limi-
tationem infert.

THES. XIII.

Ratiocinium cum sit repræsentatio relationis duo-
rum judiciorum, judicamus hoc ex toto non
ad

ad tertiam mentis operationem referri debere, sed partim sub prima & secunda mentis operationibus contineri, adeoque ratiocinium judicium mediatum, commode dici posse existimamus.

THES. XIV.

IDeæ innatæ sunt, quæ ipsa conscientia animæ involvuntur, & ex eadem proxime derivantur.

THES. XV.

CRITERIUM IDEARUM INNATARUM EST EARUM DETERMINABILITAS PER SENSATIONEM ANIMÆ INTIMAM.

THES. XVI.

THEOLOGIA NATURALIS IN NOBIS NON EST ACTU PRIMO, sed potentia, nec ante rationis usum datur.

THES. XVII.

THEOLOGIA NATURALIS IN STATU INTEGRITATIS, AD NOTITIAM DEI CONSEQUENDAM ADÆQUATAM HOMINI FUIT INSUFFICIENS, adeoque immediata opus fuit DIVINA REVELATIONE, ETIAMSÌ HOMO IN CONCREATA PERFECTIONE MANSIFFET.

THES.

THES. XVIII.

Experientia, ut omnis cognitionis humanae, ita etiam fundamentum est demonstrationis existentiae DEI.

THES. XIX.

Permisso mali moralis, plures perfectiones manifestat Divinas, quam ejusdem impeditio miraculosa.

THES. XX.

Moralitas actionum consistit in actionum bondate vel pravitate.

THES. XXI.

Actiones liberæ non dantur indifferentes, sunt enim omnes actiones objective vel subjective morales.

THES. XXII.

Moralitas actionum objectiva est ea, quæ dependet ex actionum natura, in nexu cum agente ipso, sine accidente auctoritate superioris. Moralitas subjectiva, quæ ex voluntate superioris dependet.

THES.

THES. XXIII.

Actiones mixtæ, quibus ex pluribus malis, quo-
rum unum necessario agendum eligitur mi-
nus, non omni destituuntur moralitate.

THES. XXIV.

Fundamentum moralitatis est natura moralis
agentis, actionis moralitas objectiva, & volun-
tas DEI.

SOLI DEO GLORIA.

